

IN P...
 Labor.
 Lacryma.
 Lactia.
 Latio penitens.
 Laudes.
 S. Laurentius.
 Lectio spiritualis.
 Lex.
 Liberalitas.
 Liberalitas DEI.
 Libertas.
 Liberi.
 Lilia.
 Lingua.
 Locus.
 Luxuria.

IN P...
 Panis.
 Parentes.
 Parvuli.
 Parva.
 Passio CHRISTI.
 Passiones.
 Pastor bonus CHRISTUS.
 Pater.
 Patientia.
 S. Paulus.
 Paupertas.
 Pax.
 Peccator.
 Peccatoris malitia.
 Peccatum.
 Peccata aliena.
 Pecunia.
 Perfectio.
 Persecutiones.
 S. Petrus.
 S. Petrus & Paulus.
 Pœna Divina.
 Pœna humana.
 Penitentia.
 Potentia DEI.
 Potestas.
 Præcepta DEI.
 Prædestinatio.
 Prælati.
 Præsentia DEI.
 Principes.
 Profectus in bono.
 Proposita bona.
 Prosperitas.
 Providentia DEI.
 Prudentia.
 Psalmi.
 Pudor.
 Purgatorium.
 Puritas.

IN P...
 Scriba, seu scribere.
 S. Scriptura.
 Senectus. Senes.
 Sensus.
 Sepulchra.
 Sequela Christi.
 Sermones.
 Serpentes.
 Servi hominum.
 Servi Dei.
 Silentium.
 Simplicitas.
 Singularitas.
 Societas bona, mala.
 Sol.
 Solutio.
 Sollicitudo vana.
 Solitudo.
 Somnia.
 Somnus.
 Spes.
 Spiritualia.
 S. SPIRITUS.
 Stelle.
 S. Stephanus Proto-Martyr.
 Stulticia.
 Sudor Christi.
 Superbia.
 Superflua.
 Superiores.
 Suspicio.

IN P...
 S. Magdalena penitens.
 Magnanimitas.
 Magnificus.
 Mali.
 Mansuetudo.
 De B. Virgine MARIA ordine Alphabetico.
 Encomia B. Virginis ex SS. Patribus ordine Alphabetico.
 S. Martinus.
 Martyres.
 Matres.
 Matrimonium.
 S. Mattheus Evang.
 Memoria DEI.
 Mendacium.
 S. Michael Archang.
 Milites.
 Miracula.
 Misericordia.
 Misericordia DEI.
 Modestia.
 Morbi.
 Mors.
 Mors CHRISTI.
 Mortificatio.
 Mundus.
 Munera.
 Musica.

IN P...
 Nativitas Domini.
 Nobilitas.
 Nomen.
 Nomen JESU.
 Novitates.
 Nuptie.

IN P...
 Obediencia.
 Observatio.
 Obstinatio.
 Occasio.
 Oculi.
 Officium.
 Opera bona.
 Oppressio pauperum.
 Oratio.
 Oratio mentalis.
 Ordo.
 Os.
 Ocula.
 Otium.

IN P...
 Quadragesima.
 Quarendus DEUS.
 Quies.

IN P...
 Ratio.
 Recollectio spiritus.
 Recreatio.
 Redemptio.
 Regna.
 Relapsus in peccata.
 Religiosus status.
 Religiosi.
 Reliquie sacre.
 Renovatio spiritus.
 Respectus humani.
 Restitutio alieni.
 Resurrectio CHRISTI.
 Resurrectio hominum.
 Rex.
 Ritus.

IN P...
 Sacerdos.
 Sacramenta.
 Sacrificia.
 Salus.
 Salus animæ.
 Salutationes.
 Sancti.
 Sanctitas.
 Sanguis Christi.
 Sapiencia.
 Scandalum.
 Scientia.

IN P...
 Temperamenta politica.
 Temperantia.
 Templum.
 Tempus.
 Tentationes.
 Tepiditas.
 Terra.
 Terrena.
 S. Thomas Apostolus.
 Timor.
 Tribulatio.
 SS. TRINITAS.
 Tristitia.
 Turce.

IN P...
 Vanitas.
 Venditio Christi.
 Verbum, seu verba.
 Verbum Dei.
 Verquandia.
 Veritas.
 Vestes.
 Via.
 Victoria.
 Vidua.
 Vigilantia.
 Vinum.
 Vir.
 Virginitas.
 Virtus.
 Vita.
 Vocatio Divina.
 Voluntas.
 Voluptas.
 Vota Religiosa.
 Vulnere Christi.
 Uxor.

IN P...
 Zeilus animarum.
 Zeilus Honoris Divini.



A.
 TITULUS I.
 ACEDIA.

§. I.
 Ex Patribus, & aliis.
 Figura, & Symbola.
 Ex Veteri.

Cumque introduxerit ea Dominus &c. & deleverit Gentes multas coram te, Hebraicum &c. Deuteron. 7. 1. Promisit Deus Israelitis, ut ad eorum ingressum septem Gentes everterentur; per quas Lyranus septem peccata capitalia intelligit. Per Hebraicum, qui omnium primus numeratur, & interpretatur formidans, intelligit pigrum; qui vano metu percussus à currenda via mandato Dei retardatur. Dicit piger; leo est in vita. Prov. 26. 13. Hic primus vincendus: quia nec ipse proficit, nec alios proficere sinit. Mendoza in 1. Reg. 6. v. 7.

Fugit Adonibezec; quem persecuti comprehenderunt, castis summiaribus manuum eius & pedum. Dixitque Adonibezec: septuaginta reges, amputatis manuum, ac pedum, summariaribus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias &c. Judicum 1. 6. 7. Acedia est parvus amor boni cum tadio, & inordinata animi tristitia, & impatientia rei divinæ, Comparatur paralyti; quæ facit membra arida, & impotentia. Sic Acedia facit pedes impotentes ad ambulandum, manus ad operandum, & membra omnia ad laborem penitentiarum sustinendum. Item Adonibezec, qui interpretatur: dominator egessans. Et Prov. 10. 4. dicitur: egessans operata est manus remissa, id est, piger. Reges dicuntur viri Religiosi, juxta illud Eccl. 48. 8. qui unguis reges ad penitentiam. Religiosi quidem debent se, & alios, regere per vitam, & doctrinam: sed aliqui habent manus, & pedes, amputatos per Acediam. S. Bonaventura Dieta saluris c. 7. tit. 1. de Acedia. Qui (Sifara) saporem maris socians desiccat, & mortuus est. Jud. 4. 21. Comparatur etiam Acediosus lethargico. Sicut Sifara; de quo dicitur: qui soporem &c. Et sicut vulgò dicitur: quod nimis fortiter, & profundè, dormit, qui culcitram sibi furari permittit: sic piger nimis oppressus est somno Acedia; qui permittit sibi furari culcitram, id est, quietem bonæ conscientie. Idem ibidem.

Ex Nivo.
 Domine puer meus faciet in domo paralyticus. Matth. 8. 6. Per servum Centurionis paralyticum figuratur quilibet spiritualiter languidus, & maxime acediosus; more paralytici ad divina piger; & quasi immobilis. Dionysius Carthusianus in Matth. 8.
 Ecce homo manuum habens aridam. Matth. 12. 10. Per hunc hominem intelligitur quilibet piger, acediosus, qui negligit opere, quæ Dei sunt. Idem hic.
 Arida manus &c. Surge, tolle letrum tuum. Luc. 5. 24. Spiritualiter per paralyticum intelligitur quivis acediosus: quia, sicut paralyticus membra immobilia reddit; sic Acedia vires animæ, & corpus à Dei obsequio, & motu virtutum retardat; & ad ea, quæ vere pietatis sunt, quasi insensibilem reddit hominem. Idem Dionysius hic art. 13.
 Arida manus operationem sterilem, aut nullam, insinuat. Dextera manus operationem pro supernis, & infallibiles actiones. Sanat hunc Dominus Sabbato, manum aridam in bonitate naturali restituens; ut pro Sabbato vite superne opera recta, & competentia, operetur. Simon Cass. l. 5. c. 2.

Ignavia somni conjux est. S. Gregor. Naz.
 Acedia comparatur falicibus infructuosis: nam solum faciunt umbram diaboli. S. Vincentius Ferrerius c. 7. ex fermonib. sup. or. Dom. Acedia univèrsà incommoda uno versiculo B. David expressit: dormitavit anima mea præ tedio. Pf. 118. 28. id est, præ acedia. Cassianus l. 10. c. 14. de Cœnob. insit. Acedia similis est Saturno, qui est inter septem planetas supremus: est inferiorum infrigidativus, tardè incessivus; & foetum mortificativus. Sic Acedia infrigidat corda; reddit tardum ad motum boni operis, per quem excitatur, & conservatur calor amoris. Est Acedia similis aeri: qui est tan mobilis; quòd omni impellenti, & subintranti, statim aperitur, & cedit: ventis impellitur, nubibus impletur, & flammis ignitionibus succenditur. Sic Acedia omni tentationum impulsui facile aperitur, & cedit: nam omnium cogitationum, & tentationum sentina, est otium. Joannes à S. Geminiano de exempl. & rer. similit. l. 1. c. 2.

§. I I.
 Alia de Acedia.
 Acedia est dissidentia de propriis viribus cum auxilio Dei implendi ardua. Ab hac quivis fuit corde possessus, veluti defunctus, quodam insensibilitatis agere agnosceat esse sepultus. S. Laurentius Justinianus l. 1. de spir. animæ interitu.
 Acedia est tadium mentis in bonum; nausea spiritualis, & intellectualis boni; stomachatio cibi vivificantis animam; sentina foetens navigantis vite; apertum otium ad ingredienti iniquitates; pondus sensualitatis deprimens; odium activorum; alpera reponit ad excitantes. Væ! clamat ad Missam, euge! ad mensam; hospitium peregrinantium malorum; secessus procerum infernalium. Hæc sedens in cathedra male quietis, & cella deliciarum, Deo vocanti non respondet, Angelo excitanti non consentit, advententi virtuti non allurgit, salubriter consulenti non credit, duci rectè ducenti non obedit, collegam activum repellit, aut odit; consimilem amplectatur, & diligit. Propter frigus piger arare non nitur: mendicabit ergo astate; & non dabitur illi. Prov. 20. 4. Cogetur mendicare in zitate deocoquentis iudicii, seu in claritate Sanctorum. Sed non dabitur ei de laboribus aliorum, ut refocillet animam suam; neque de aliorum victoria suscipiet ille coronam. Sed nec justificabitur de iustitia in labore agentium vitam suam: nam scriptura dicit: juxta opera manuum suarum retribuatur ei. Proverb. 14. 12. Et alibi: date ei de fructu manuum suarum. Prov. 31. 31. non alienarum; & laudent eum in portis opera ejus; non aliorum. Simon Cass. lib. 8. c. 49.
 Acediosus in aula diaboli habent officinam Camerariorum; otium pulvinar diaboli. In hoc differt dominium diaboli ab aliis; quia nemo vulit servos otiosos solum dæmon. Item sunt vala vacua in cellario diaboli, apta quovis repleti vitio. Diabolus illorum medicus &c. Joannes de Broymard. summa Prædicantium. Acediosus.

S. I. I.

Acediam vitandi motiva, & amuleta.

Uthinericus panis. 3. Reg. 19. 6. cibis optimus est contra Acediam. Panis subcinericius, est memoria mortis; quæ multum reficit animam contra Acediam: incurrit enim timorem; timor vero sollicitudinem operatur; sollicitudo torporem excitat. Hugo Card. hic.

Sedentes in tenebris & umbra mortis. Psalm. 106. 10. Sedere accipitur in Scriptura, pro ignavum esse, & voluptatibus deditum. Ignaviam locus ille significat. Sanctus Nilus lib. ascetico.

Dixi ego in corde meo. Ecl. 1. 1. Id est, in h. c. considerationem deveni, propter spirituales in considerando afflictionem. Unde verbum est non Sapientie sed Acedie; quæ non inveniens quietem interiùs, quærit exteriùs. Dixi igitur; quædam, & affluam delictis. S. Bonaventura hic.

Oculabat pedes ejus, & unguento ungebatur. Luc. 7. 38. Ideo unguento ungebat Domini pedes, & innovabat opera novi cultus; quia novum hominem noverat, & variabat opera; nè velut otiosa pateretur ab ipso repulsam. Quia nec standum est otiose ante divinos pedes, qui non quieverunt in opere nostræ salutis; sed per montes, & planities; civitates, & castella; per maria, & desertâ, fecere discursum; donec configerentur in cruce, ad expectandum omnem peccatricem animam. Simon Cast. l. 8. c. 40.

Acedio semper verberantur à dæmonibus sine quiete. S. Vincentius Ferrerius Dom. 17. post Trinit. ferm. 2.

Vide plura Labor. Otium. Tepiditas. Peccata capitalia.

TITULUS II.

ADULATIO.

S. I.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

Fac mihi pulmentum, sicut velle me nobis. Gen. 27. 4. Adulatorum hæc cura maxima est; ita dicere, ita facere; uti velle norunt dominos. Jam scitur, quid velit domini: loquimini, ajunt Isaie 50. 10. nobis placentia. Jeremias Drexelius Orb. Phaet. de adulat. c. 1. §. 2.

Fili, si te laudaveris peccatores &c. Prov. 1. 10. Adulatorum titulus nutrices diaboli sunt. Gerulae cunas agitant, canunt; quod citius, & suavius, infantem sopiant. Sic adultores maligno cantu, laudibus, approbatione, in foporem dant eos, quos blandis verbis velut in cunas condunt. Drexelius Orb. Phaet. c. 1. de adul. §. 1.

Resonans de altissimis montibus celo. Sap. 17. 18. Echo, te loquente, loquitur; te canente, canit; & ridente, ridet; stente, stet. sic adultores: transformant se velut chameleontes in omnes colores, quibus appropinquant. Didacus Stella de cont. van. Mundi p. 2. c. 74.

Vas, qui consuevit pulvisculis &c. Ezech. 13. 18. Quisquis mare agentibus adulatur, pulvillum sub capite, vel cubito, jacentis ponit: ut, qui corripit ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Sanctus Gregorius moral. libr. 18. cap. 4.

Oleum in Egyptum ferebat. Ofec. 12. 1. malignorum spirituum voluntatem faciendo, & imperio Mundi hujus adulando; ita ut diceret: non habemus regem, nisi Casarem. Oleum namque interdum adulationis significat suavitatem; ut Psalm. 140. 5. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. S. Rupertus in Ofec. 12. lib. 5.

Ex Novo.

Relictis retibus secuti sunt. Matth. 4. 20. Quadruplex rete vitandum. Primum divitiarum secularium. Secundum mala mulier. Congregavit in rete suum. Habac. 1. 15. Sanctus Bernardus de forore sua ante conversionem dixit, esse rete diaboli. Tertium adulator, amicus proditor. Homo, qui blandis &c. Prov. 29. 5. Quartum ultio divina. Expandam super eos rete meum. Ofec. 7. 12. Sanctus Thomas Aquinat. in festo Sancti Andreae.

Volucres caeli comederunt ea. Matth. 13. 4. Cantant aviculae, cantant adultores: rapiunt aviculae, quod terris mandatum, femem; furantur adultores, quidquid bonæ mentis homo fecit. Idem Hildebertus monet visum epist. 41. si volucres te demulcent, frustra feminas adversus tam pestilentes canus. Si sapias, obsurdesces. Lucas de Velloso in Judith. lib. 2. Paren. 2.

Ita potius ad vendentes &c. Matth. 25. 9. Venditores olei, adu-

latores sunt: qui enim, accepta qualibet gratia, vanis suis laudibus nitorem gloriæ offerunt, quasi oleum vendunt. Sanctus Gregor. moral. homil. 12. in Evangel. Virgines erga fomno deditæ, ut vigilantibus præmia rapiant, adulationis oleum exoptant: fatua quidem, quæ de alimentationis pretio cœlestis præmii mereri gestierunt. Sed non adeo fatuæ; ut adulationis valorem apud Sæculum neciverint. Emmanuel de Naxera in Josue 9. §. 19.

Gloria nostra hæc est &c. 2. Corinth. 1. 12. Hoc enim est, oleum fere secum; non a vendentibus emere, hoc est ab adulatoribus. Adultores namque laudem suam, tamquam oleum, venditant stultis. De hoc oleo dicitur in Psalm. 140. 5. emendabit me iustus in misericordia, & arguet me; oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. Elegit à iusto misericorditer reprehendi, & quodammodo colaphisari; quam ut ei caput in superbiâ crescat, peccatoris adulatione laudari. Irridentium quippe refectio mihi videtur; cum eis à sapientibus virginibus dicitur; ite potius ad vendentes, & emite vobis. Matth. 25. 9. S. Augustinus epist. 120.

Ex Patribus & aliis.

Quid aliud est adulatio, quam alii syrenica aura lucida, septentrionalis procella, melodia Syrenica, cantatio lethifera, fallacia fuffula, & vox hyenæ valde mendax. S. Cyrillus Jerosolim. Apolog. 1. 2. c. 27.

Est adulator quasi Syrena diaboli, trahens in exitum audientes. Hugo Cardinalis in Proverb. 6. Cum aliqua re indigemus, abjecta animi fortitudine, qui in rebus angustiis, & alperis, uti debeamus. More canum, quæ ipsæ motu blandiore ossa, eaque etiam sine carne; ut panis micæ, projectientibus adulantur, ad divites accurrimus; eosque, ut, quod cupimus, impetremus; bene meritos, & Christianorum patronos, appellamus; omnique illis virtutes inesse, dictimus; quamvis in summa vitiorum fœditate volentur. Sanctus Nilus lib. ascetico.

Adultores locustæ comparantur: quæ una fuit ex plagis, quibus Deus Egyptum flagellavit. Locustæ hyeme non apparent; nec etiam, ubi cibus non reperitur, at in vere, cum fruges abundant; sic adultores non in domibus pauperum, sed divitum, Philippus Diez tom. 1. Summa Prædic. Adulatio.

Adultores comparantur etiam speculis: quæ in se rem repræsentant, sicut illis objicitur: ita adultores ridentes, terrentes, plorantes plorant. Si loqueris, verba tua magnificant; si tacet, silentium approbant; & præposito tamen, & inverso ordine instat speculum. Nam, si faciem Occidentem versus habas; speculum Orientem versus repræsentat: sic adultores res tuas præposito repræsentant: eorum enim intentum non est, te laudare; sed à te commodum educere. Idem ibidem. Simia, cum nec domum possit servare, ut canis; nec onus vehere, sicut equus; nec arare, ut boves; risum movet, & parafat. Sic adulator, cum in seriis, & gravibus, rebus necesse est esse usui, voluptatum minister est. Plutarchus in Moralibus, apud Diez. Adulatio.

Adultores sunt Sacerdotes Infernales: qui incipiunt à Platebo vespera mortuorum in peccatis; quos in peccatis sepe liunt. Sepulchrum patens est guttur eorum. Psalm. 5. 11. Sicut Judas, Joab. Sunt venatores diaboli: venator volens capere lupum, cooperit foveam; ita isti cooperiunt foveam peccati, & Inferni. Joannes de Broymard. summa Prædicantium. Adulatio.

Tinea sunt adultores: sed depexas tunicas, rugosas saccos; & fordida palliola, vix insistant: Sericas, pretiosas; rogas occupat: cibus eorum electus. Drexelius Orb. Phaet. c. 1. de adul. §. 1. Etiam diabolus, Dei simia, extremam unctionem habet, adulationem: hæc inungit, non tantum mortuos, sed & mortuos! Idem ibidem.

Adultores figuli sunt, sed mendaciorum. Sciunt hi lutum suum omnigenis coloribus inducere; ut non lutum videatur, sed gemma. Sciunt illis ollas suas incrustare pictis, ac nitidis; verbis; nigra in candida vertunt. Idem ibidem §. 3.

Adulator cocus est, & talis; qui id solum spectat, ut cibis sapiat: proffit, an obfit, hoc ipse non curat. Ori coquit, & palato; non capiti, stomacho, hepati. Ideo thecam aromaticam toties exhaurit, tantum croci, piperis, zinziberis, mellis, & facheri infumit: varia miscet, valetudini minime profutura: modo sapiat edulium; quomodocumque digeratur. Tales sunt omnes illi Placentini cocis; qui intanta sermonum, velut eduliorum, varietate hoc unum attendunt: ut dominicum palatum mulceant. At verò amicus sincerus unam observat veritatem; & ut medicus, fideliter monet: hic cibus nocet; hic nimis nutrit: ille plus æquo pinguis est; ille ægrè digeritur; hic inflammatur; hic nimis refrigerat. Idem ibidem cap. 2. §. 4.

Littera b. variè collocata, b. p. p. 9. Lemma: Eadem non eadem. Picinelli.

S. II.

Exempla adulatorum,

Ex Veteri,

Obit (Jacob) flevisse cum Egyptus septuaginta diebus: Gen. 50. 3. Obiit & Joseph, teste Moyse Gen. 50. 25. mortuus est & conditus aromatiis repositus est in loco in Egypto. Cur Joseph non aequè, imò magis, plangitur, populi in fame pater? Respondet Oleaster: Jacobi exequias, vivente Josepho Pro-Rege, celebratas cum planctu ab Ægyptiis ex adulatione; Josephi minime. Antonius de Escobar t. 3. Colloq. Chr. lib. 3. sect. 1. Obs. 5.

Tollite in manibus cibaria & occurrite eis, & dicit: servi vestri sumus, factus iuste nobiscum. Josue 9. 11. Adulatione pulfant; ut pacem impetrent: munera offerunt: ut se dignos adstruant amicitia. Nec fallentur: succederunt de cibariis eorum; fecitque cum eis Josue pacem. Naxera hic.

Abiit cum eo pars exercitus. 1. Reg. 10. 26. Vide, quam fallax sit popularis aura. Paulo ante clamavit omnis populus: Vivat Rex. c. 25. f. nunc una tantum pars præsentem sequitur, adulantur omnes, sequuntur pauci ad laudem proni & laborem pigri. Franciscus Mendoza hæc.

Nimquid omnibus vobis dabit filius Isai agris, & vineas? 1. Reg. 22. 7. Erat David in Saulis ore filius Isai, homo fortis abjectæ. Quid Doegus adulator? voce pari regem mulcet: vidi filium Isai. Abulensis quaest. 17. in hoc erat Doeg, adulator: nam, cum vidisset, quod Saul dedignatur vocare eum nomine proprio; ipse quoque, ut regi placeret, non nominavit David sed filium Isai. Velloso in Judith. 2.

Ascende, & dabit eam Dominus in manuregis. 3. Reg. 22. 6. ardet Achabus furore urbis rapiendæ, quam Syrus occupaverat, idque exponit apud auxilium principis: an ignoratis quod vobis sit Ramoth? Nè tam in sine consilio res tentaretur; evocantur ab Achabo in auxilium Baal Sacerdotes; à quibus responsum est: ascende &c. Abulens. quaest. 8. Mali Prophete erant adultores: idè, cum scirent, quod rex desideraret ire in Ramoth; prænuntiaverunt, quod bonum erat ire. Siveira lib. 8. JESU alapa in Joan. 18. Rex Hebr. Achab. 850. viros habuit; qui Prophete, seu Theologi, videri volebant; re ipsa omnes regis adultores. Quadringentes ex his Achab in consilium adhibuit; quævisque: num successum bellum videretur æquum? æquifinium, omnes respondebant; quin & victoriam audacissime promittebant. Ascende &c. Unicus Michras huic tanto adulatorum agmini constanter contradixit. Quanto magis illi clamabant, ascende, vineas; tanto magis suadebat ipse quiesce, vineas; quiesce. Sed potentior fuit vox adulatorum. Michras, pro sincero consilio pessimam gratiam tulit: ego vidi eum, ait Achabus, quia non propheta mihi bonum, sed malum. v. 8. Huic gratia accesserunt colapsus, & carcer. v. 27. Drexelius Orb. Phaet. c. 1. de adul. §. 4.

Nabuchodonosor irasvit quid descendere se. Judith. 1. 12. Quid simia adultores? sermone est sermone formant: saltem est verbum in domo Nabuchodonosor, ut descendere se Velloso hic. Quod dicitur, cum placuisse omnibus &c. Judith. 2. 4. Mera, & mira, consiliorum adulatio: cum scirent, regem temere, & injustè agere, non esse vel unum in Senatu, qui eum à nefario bello dehortetur. Placet omnibus, & senibus, & Ducibus; quidquid à Rege propositum est; sive jure, sive injuria, patrandum. Idem hic.

Ex Novo.

Audiens Herodes turbatus est, & omnis Jerusalem cum illo. Matth. 2. 3. Senatus, Hebraulque populus, metum mentitur, animique tumultum. Anselmus: volens illi favere, quem timebat. q. d. metuebat populus, nè reus ageretur læso majestatis; si vultum ex Herodis vultu non fingeret; nec timere videretur, cum timeret Herodes. Velloso in Judith. 2. Adoravit eum; & clamans voce magna dixit: quid mihi, & tibi, JESU Fili DEI altissimi? Ur adulator, non ut devotus, & obsequens, hic adorati evadere cupiens peenam, prædam perdere permittens. S. Chrysologus Serm. 19.

Dedit alapam JESU. Joan. 18. 22. Ecce iste fortis, percussor, & mollis adulator; fortium illorum robustissima se temere; & de quibus Domini Christi Spiritus per Prophetam in persona ipsius conquerens: quia ecce sperant animam meam, & irruerunt in me fortes. Psalm. 58. S. Rupertus hic lib. 13.

S. I. I.

Adulationem fugiendi motiva.

Ille abominabilis cepit JESUS dicere ad turbas de Joanne. Matth. 11. 4. Cur absentibus discipulis laudat Joannem? Nè multitudine putaret, assentationibus gratiam Joannis Christum colligere. Sanctus Chrysolomus, Escobar t. 3. Coll. Chr. l. 1. sect. 2. Obs. 1.

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

Quid ex his videre? arundinem vento agitantem? Matth. 11. 7. Non est arundo Joannes; columna est; non movetur vento; non quatitur timore; non flectitur adulatione: uno, eodemque, vultu respicit & illos, qui cum laudant; & eos, qui cum vituperant. Sic inimicos, ut amicos, diligit; sic potentes, ut impotentes, arguit. Eusebius Emifsenus Dominic. 3. Advent. Nihil equidem vobis adulatorum me scripsisse recolo; nec sum olei venditor. Ercio, quia fal correctionis Levitic. 2. 13. in omni Sacrificio acceptatur à Domino; mel in omni Sacrificio reprobat. Petrus Blesensis ep. 1. ad Henric. 2. Angl. reg.

Magister, volumus à te signum videre. Matth. 12. 38. at ille: generatio mala, & adultera, signum quarit. v. 39. S. Chrysolom. cum illi aperet, ac contumeliosè, interrogant: manus factæ, ac leniter respondet: dum verò assentantur, non medicorū utitur acrimonia; omni se perturbatione superiorem ostendens. Apud Escobar ibid.

Stupebam super doctrinam eius. Marci 1. 22. Quid stupet? Nonne ex Hebræa Schola multi probatæ sapientie, & eloquentie; unum pro cunctis Gamaliel nomine de quo Act. 5. 34. Cur non stupet, Gamaliel scienter differens; sed Christo vel modicè docente? addit Marcus: erat enim dicens tamquam potestatem habebat. Quod Vistor Antiochenus ita explanat: non loquebatur ad gratiam; nec auditorum laudes captabat: sciebat, cum adulatoribus durum esse; quibus blandè alloquentibus: Magister, scimus, &c. Matth. 23. 16. ille dure respondet: quid me tentatis hypocrita? verbi 19. Sciebat, dæmonem male adulantem, cum proclamaret Marci 1. 24. JESU Nazarene! à Christo rejectum, silentio imperato: obmutescere. Iudæ stupebant super doctrinam ejus. Velloso in Judith. 2.

Varia.

O nostri Sæculi perditionem! à Mundi pessimam corruptelam! à Mundum mendacis, & adulationibus, plenissimum! Non est veritas in Mundo; non est, qui loquatur verum cum proximo suo. Quidquid hodie vulgus loquitur, frans, & adulatio, est: docuerunt enim linguas suas loqui mendacium. In hac Schola exercitati sunt, in hac docti; ut discerent fallere, mentiri, adulari, exaltare parva, exigua attollere, ex tumulis montes facere, ex culicibus elephantes. Hæc affabilitas; & inurbanus est, quisquis fallere, & mentiri non novit. Si quis verax, si quis hdelis, & probus; rusticus, & stupidus, reputatur. Sanctus Thomas Villanov. tract. de adv. Dom.

Cum in omni coetu hominum, tum in Religione Christiana, assentatione nihil est perniciosius; eorum præsertim, qui commendent, & objugandi, cæteros officium susceperunt, &c. Philo Carpathius in Cant. 5.

Terroris pestis urbibus, assentatorum vita: tabificus morbus eorum consuetudo adolescentibus; domibus ruina, monasteriis everio, Christianæ Religionis extrema calamitas; omniumque malorum seminarius, & mundi ruina. Nolite, quæso, blandiri Prædicatores verbis; nolite placere auribus. Idem ibidem.

Sunt quatuor cause idololatriæ. II. adulatio: qua regibus, & dominis, divinum cultum præstiturunt. S. Thoin. Aqu. opusc. 3. cap. 2.

Adulator est dæmonum minister, superbiæ dux, bonorum demolitor, erroneus ductor. Qui enim beatos nos dicitur, inquit ille Isa. 3. 12. nos seducunt. Joannes Climacus gradu. 21.

TITULUS III.

ADULTERIUM.

S. I.

Adulterorum poenæ divinae.

Flagellavit Dominus Pharaonem plagis maximis. Gen. 12. 17. Adfuit Sæx Deus & Pharaonem acerbe flagellavit; nè sanctum conjugium vel incicius violaret. Nesciebat Pharaon; Saram esse uxorem Abre; & tamen ob eam cum tota domo plectitur. Stengelius t. 2. divin. Judic. c. 27.

Vide mulierem se lavantem &c. 2. Reg. 11. 4. In domo Davidis quando timor Dei viguit, pacta conjugii observata; mirum, quantis benedictionibus Dei affluerit. At ubi, perfractio Dei timore, violatis conjugii legibus, peccatum, omnia deopopulari solitum, introivit; qui numerare poterit infinitam malorum diluvionem, quæ ad peccati ingressum invecta est. Benedictus Fernandus in Gen. 2. sect. 15.

Engiamus &c. 2. Reg. 15. 14. David, antequam fuisset in deliciis, leonem occidit. & ursum. 1. Reg. 17. 36. At deliciis deditus perierat fugit Absalonem. Sanctus Chrysolom. in Psalm. 3. cui titulus, Psalmus David, cum fugeret à facie Absalon filii sui. Sanctus Chrysolom. hic: fugiebat filium suum, David, quoniam castitatem fugerat: fugiebat filium; quoniam matri-

monium pudicum violat: fugiebat filium; quoniam legem Dei, quae dicit, non occides, non adulterabis, fugerat. Mendoza in 1. Reg. 4.

Adulteros iudicabit Deus. Hebr. 1. 3. 4. Adulteros a Domino iudicandos asserit Paulus; quod apud homines humanius, quam par esset, absolvantur. Furtum tunc vindicatur, homicidium capite; fornicatio donatur laurea, monilibus coronatur monstrum terribilissimum; non catenis oneratur, palamque in urbe triumphat. Oliva l. 11. Strom. hic.

Ciconia quaedam a domino nutrita, cum domi videret adulterium cum uxore ejus absentis admitti; quasi obstricta honorem benefactoris defendere, jacentem adulterum invasit, & oculos rostro eruit. Ludovicus Alvarez in Genes. 39. Illustr. 95.

S. I. I.

Adulterorum poena humana.

Valerius Maxim. l. 6. de Solonio statuit: ut adulter utroque oculo privaretur. Quod cum filio in adulterio deprehenso facere vellet, ad maximam civium instantiam, unum oculum filio concessit; & ne lex laxeretur, sibi ipsi alterum eruit. Broyard Sum. Præd. Lex.

Adulter seu vir, seu femina, in campum educitur: illic in corona copiosi populi, manibus, & pedibus, ligatus proicitur ante elephantem, more carnificis mandata atrena aure praestolantem. Praelegi autem solet, ut reum profocidie apprehensum stringat, & in sublime elatum populo ostentet; tum elibratum excipiat dentium acuminibus, & impalet: demum retractum illudat ceræ, & pedibus proterat. Quidquid pralectum est, ad amicum exequitur elephas, non sine pavore astantium: qui fide alieno malo fidem conjugalem involatam ferare docentur. P. Christophorus Bori. J. in Relat. de Cocin.

S. I. I. I.

Adulterium vitandi varia motiva.

Humilitavit uxorem proximi sui. Deuter. 22. 24. Illius desolationem sacra littera non solum humiliationem fenserunt, sed & appellandam censuerunt; quasi venerationis quandam amissionem. Sanctus Cyrillus Alexandrin. lib. 8. de adorat. Abulensis quaest. 3. ad Deuter. cum desolata fuerit, humiliatur; & fit contemptibilior. Velloso in Judith. 4. Paræm. 13.

Miserere mei Domine! vide humilitatem meam. Psal. 9. 14. Non agit de alia morte, quam æterna; de aliis inimicis, quam vitæ, & hostibus animæ; ut notat Bellarminus. Ergo humilitatem suam vocat adulterium. Hoc ejus abjectio, & depositio; quid enim magis hominem, Dei imaginem, Angelis supparem, humiliat, & confundit; quam incontinentia? Vocat etiam portas mortis: quia luxuria plures portas Inferni habet, ob species varias hujus vitii: vel quia innumeris peccatoribus ob illud damnantur. Fernandus in Genes. 3. sect. 18.

Ex ea, que fuit Uria. Matth. 1. 6. Cur Berabeæ non vocat proprio nomine, sicut cæteras feminas? Respondet Thom. quia adultera, ideo nomine indigna. Nam Thamar nominatur v. 3. est vidua prostrata pudicitia. Gen. 35. 19. Item nominatur Rahab Matth. 1. 5. licet meretrix dicitur Jos. 2. 1. Neutra vero erat adultera: adeo immane scelus est adulterium. Hinc erubescit Susanna; licet falsè de eo accusata. Dan. 13. 32. erat corrupta. Sylveira hic q. 6.

In lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare: Joan. 8. 5. Adultera in morem bovis ferientis, lapidibus obruitur: est enim bestialis hujusmodi impudicitia. Exod. 21. 29. quæ si hoc corrupta, &c. Antonius de Escobar. t. 2. Perfec. Chr. l. 4. obi. 5.

Varia.

Apud Spartanos adulterium fuit inauditum. Hinc hospitii scitebant, quæ esset poena apud Spartatas in adulteros confitura? Respondit Gerardus: nulla; adulter apud nos non invenitur. Plutarchus in Lycurgo apud Stengelium tract. 2. div. Jud. cap. 32.

Cum tot mala, & spiritalia, & corporalia; temporalia, & æterna, ex adulterio proveniant, mirabile videtur, quare plus diligatur adulter, vel adultera; quam proprius maritus, vel uxor: & quasi major fit amor inter eos, quos diabolus conjunctum peccato; quam inter illos, quos Deus conjunctum Sacramento. Broyard Sum. Præd. Adulterium.

TITULUS IV.

ÆQUANIMITAS.

Quæ nec prosperis extollitur, nec adversis frangitur.

S. I.

Figura, Symbola.

Ex Veteri.

Firmamentum in medio aquarum; divisiq; aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Gen. 1. 6. Firmamentum est firmitas animæ in Deo, & cælis defixæ, quæ constanter continet aquas superas, id est prosperitates, & inferas, adversitates! Cornelius hic.

Qui utraq; manu pro dextera utebatur. Judic. 3. 15. Galenus tom. 7. lib. 7. in Aphor. Hypocritas: viri quidam ambabus manibus, ut dextris, utentes sepe visi sunt; foemina verò nulla. Idem habet Plinius. Vir Sanctus est ambi dexter: novit enim uti tam prosperis, quam adversis: tam desolatione, quam consolatione, honore & humiliazione. Per arma justitia à dextera & à sinistris. 2. Corinth. 6. 7. Et de se. Scio abundanter, & penuriam pati. Philipp. 4. 12. Cornelius à Lapide hic in Judic.

Non declinabat neque ad dexteram, neque ad sinistram. 1. Reg. 6. 19. id est, non extollebatur prosperis, nec frangebatur adversis. Primum facit humilitas, quæ nascitur ex timore, timor enim est quasi pondus virutatis; qui non sinit eos extolli vento superbie, secundum nascitur ex amore. Hugo Cardin. hic.

Erant autem inter ascensus scopuli nomen nni Bofes, alteri Seme. 1. Reg. 14. 4. Glossa interlin. Bofes id est, florens, Seme, id est, angustans. Beda per Bofem Mundi prospera, per Seme adversa, interpretatur. Mendoza hic.

Et fixit una columna aras. 3. Reg. 7. 15. & 2. Paralip. 3. 17. Per quas Eucherius hic significat constantiam in prosperis & adversis. Sylveira in Joan. 16. cap. 18.

Candelabra aurea quinque ad dextram, & quinque ad sinistram. 3. Reg. 7. 49. Per hæc denotabatur: quod Ecclesia tam in dextris, quam sinistris; prosperis, & adversis, semper fit in luce plena; nec successibus erigitur, nec perfectionibus dejicitur, Sylveira in Apoc. 1. 12.

Spiritus Domini ornavit coelos. Job 26. 13. Coelum eris, & decoraberis à spiritu; si incorruptibilitatem haberis. Necladitur, nec mutatur, nec lassatur, cœlum quidquid in illud incidit perit incorruptum. Oliva l. 3. Strom. hic.

Vir justus in lege Domini meditabitur die ac nocte. Psal. 1. 2. In adversis positus, & in prosperis. S. Ambrosius hic apud Mendozam in 1. Reg. 14.

Transivimus per ignem & aquam. Psal. 65. 12. Ignis, & aqua; utrumque periculosum est. Ignis urit, aqua corrumpit; utrumque metuendum, & usitio tribulationis; & aqua corruptionis. Quando sunt res angustæ, & aliq; infelicitates sunt in hoc Mundo; quasi ignis est. Quando sunt res prosperæ, & abundantia sæculi circumfluit; quasi aqua est. Vide, ne te ignis exurat, neque aqua corrumpat. Firmus esto adversus ignem: coqui te oportet: tanquam vas fictum mitteris in caminum ignis; ut firmetur, quod formatum est. Vas ergo, quod in igne formatum est, aquam non timet, vas autem, si solidatum igne non fuerit, tanquam lutum aqua solvetur. S. Augustinus hic. Transivit planè viriliter, & feliciter petranavit quem non tristitia frangere, nec detinere mollia poterunt. S. Bernardus ser. in transitu S. Malachia.

Tuus est dies, & tua est nox. Psal. 73. 16. Non gravis nox est, cujus lucerna agnus est. Et ego quidem, si dies æquæ ac nox tua sunt Domine, neutrum reculo; Sed si felicitatis dies me erigat, seu ærumatum nox me opprimat; letus sum: quia Deus adest, si dies abest: non enim est dies, & tua est nox. Oliva l. 12. Strom. hic.

Per diem sol non uret te, neque luna per noctem. Psal. 120. 6. Id est, nec in prosperis, nec adversis unquam de tuo moveberis gradu. S. Hieronymus in ff. 26.

Tenebra non obscurabitur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Psal. 138. 12. Preme illud à te, q. d. tu non patieris tenebras in sua obscuritate persistere; sed potius mortem ipsam in illustrissimum diem commutabis. S. Augustinus hic: in hac mortalitate vitæ humanæ, habent homines lucem; habent tenebras; lucem prosperitatem, tenebras adversitatem. Sed ubi venerit Dominus Jesus Christus & habitaverit animam per fidem, & promiserit eternam lucem; & inspiraverit, & donaverit, patientiam; & monuerit hominem non delectari prosperis, nec frangatur adversis; incipit homo fidelis indifferenter uti Mundo isto; nec extolli, quando res prosperæ accidunt; nec frangi, quan-

quando res adversæ sunt. Ramirez in epist. Chr. ad Ep. Afie epist. 4.

Sicut tenebræ, ita & lumen ejus. Psal. 138. 12. in Scriptura Sacra nonnumquam lucis appellatione prosperitas; noctis autem in nomine hujus Mundi adversitas, designatur. Unde & per Psal. 138. dicitur: Sicut tenebræ &c. Quia enim Sancti viri ita prosperitatem despicientes calcant, sicut adversitatem ejus calcantes tolerant; per magnam mentis celsitudinem Mundi sibi adversa & prospera, subterfientes dicunt: Sicut tenebræ &c. Sanctus Gregorius moral. l. 5. cap. 1. Nec felicitas hujus sæculi nos beatos facit, nec adversitas miseris. Sanctus Augustinus hic.

Ego flos campi. Cant. 2. 1. Flos campi modò legitur, & vel regibus blanditur; modò premitur, & vel pecudi pro feno est: ad omnia & omnibus floret. Sic Abraham modò paregrinis monstrat, modò Sacerdotes obvios habet: modò triumphat, modò famulatur. Sic Job butyro modò pedes lavat, modò testa excruciat; & sedet in stygilio, qui consistebat in solio. Bernardus modò Concilii præsit; modò subest Monacho. Oliva l. 4. Strom. hic.

Surge Aquilo, & veni Aufer perfla hortum meum. Cant. 4. 16. Pro surge, in Hebræo est, viri, id est, excitare, evigila. Hæc vox ambigua est: primo enim surge accipi potest, q. d. surge ut abeas, matura fugam, citò discede ad Aquilo: quia tu es ventus frigidus ac siccus, pluitas adrensus: ut veniat Aufer, tibi que succedat; qui suo calore, & humiditate, arbores vegetat, & succundat. Secundo accipitur potest, ut referatur ad to perfla. q. d. tu à aquilo, æquæ ac tu Aufer, age, surge, perfla hortum meum. Aquilo enim plantas stringit in hyeme, ut radices magis figant, & dilant in terra succedens vero in vere aufer eas laxat, aperit, calefacit, ut germinet. Cornelius hic. Justus Orgelitanus in Præfat. Myst. in Cant. quod sponsa, licet duos ventos compellat, non tamen perflat, sed perfla, dixit. Et quomodo duobus ventis tanquam uni, loquitur? Aufer blandus & suavissimus; aquilo rigidus, durus, asper. Respondet Justus: quoniam in duobus unum advertitur, non ait, perflate; sed perfla. Quasi diceret: five aquilosis furor omnia miscens, tentationes, persecutiones, tribulationes, excitet: seu blandus Zephyrus consolationum, quietis, & prosperitatis, aspiret; ut quæque illius status est: nec enim emanent ejus flores, licet aquilo furat, nec viani di sunt, si suavis Aufer aspiret. Didacus Nilenus Sabbato post Dom. 1. Quadr. §. 5.

Quasi Cyprossus in montem Sion; quasi palma exultans in Cades. Eccl. 24. 17. Quasi plantatio rosa in Jericho 18. Cyprossus mortis est Symbolum; palma vitæ juxta illud Job. 29. 18. Sicut palmas multiplicabo dies. Rosa parum durat. Docet æquanimitatem: ut seu ille vitam nobis donet, seu eripiat, seu longævus, palmarum instar, faciat; semper exultetur, animoque erecto sumus. Idem ser. 6. post Dom. 4. Quadr.

Pete tibi signum à Domino Deo tuo: sive in profundum Inferni, sive in excelsum supra. Il. 7. 11. Habebat tunc Achaz regium Davidis solium; insuper habebat magnam timorem dejectionis ab exercitu Assyriorum jam imminente. Regale solium cum extollebat, hostium necus deprimebat. Eja ergo, ait Propheta; pete incolumitatis tue signum spectare, sive lutum, sive deorum vergas; sive in coelum exalteris, sive ad Infernum usque descendas. Sed quale erit illud signum? Ecce virgo concipiet. v. 14. Deus homo Jelus, qui solus & in summis inventitur, in sinu ipso Patris, & in imis, ut vernis sub pedibus conculcatus. S. Ambr. in Psal. 118. Octon 8. hoc est magnum signum, quod altitudinis, & profundis, tentamenta destruxit. Dominus enim Jelus non rapinam arbitratus est &c. Sed formam servi accepit, humiliavit se usque ad mortem. Philip. 2. 7. Itaque neque clatus est potestate, neque mortis dejectione turbatus. Hoc igitur signum proponitur regi: ut petat illi remedium, per quod nec regis potestatis extolleretur supercilio, nec æruma alicujus exceptione perturbaretur. Didacus Bæza tom. 2. l. 11. cap. 6. §. 9.

Quatuor mensæ de lapidibus quadris extructi. Ezech. 40. 42. Mensæ illæ Sanctorum sunt Symbolum. Lapis enim quadris quovis impulsus, in quodvis latus incidit; aqua semper statuta persillit. Sanctus Gregorius M. homil. 25. in Ezech. quos hoc loco lapides quadros accipimus: nisi quoslibet Sanctos? quorum vita in prosperitate atque adversitate, novit fortiter stare. Lapis enim quadrus æquæ stat, in quocumque latere fuerit versus. Quisquis ergo in prosperitate non extollitur, in adversitate non frangitur; fusionalibus ad malum non trahitur, vituperationibus à bono non revocatur; lapis quadrus est: & quasi ex omni latere statum habet, qui casum in qualibet mutatione non habet. Ramirez in ep. 6.

Et dña ofia erant in templo, & sculptura palmarum. Ezech. 41. 24. 25. In templo Ezechielii offenso duplex ingredientem proponitur palma: ut nossems, contra utramque aciem blandientibus, & adversantibus, Mundi, à dextris, & à sinistris, pugnantium nobis esse, ut sciamus abundare, & penuriam pati. S. Gregor. M. homil. 29. quisquis de prosperis extollitur; habere

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

in dexteram partem palmam nescit: quisquis in adversantibus frangitur; portare palmam à sinistro latere ignorat. Cassiodorus lib. de anima: tempora; bone artifex, organum cordis nostri, ut harmoniæ mentis possit aptari; nec sic languescat, ut deiciat. Incerto auctore.

Ex Nova.

Duxit illas in montem excelsum sion. Matth. 17. 5. Hic mons Thabor est communi sententia Luc. 9. 31. Dicebant excelsum ejus. Genebrardus in Psal. 87. Thabor situs est ad occalum. In tali ad occasum sito, monte representata fuerunt, gloria & poenæ; Domini: ut doceamur; quòd nec offerri hujus vitæ gloria, nec deici ærumnis; debeamus: utraq; enim ad occasum vergunt.

Ille est Filius meus dilectus. Matth. 17. 5. Is Filium Dei se probat, qui in rebus prosperis & adversis, idem perseverat. Ille est filius meus, dicebat illi Pater æternus in Thabor! Idem in aquis Jordanis Matth. 3. 17. quod interpretatur descensus. Christus in probro Calvarie monte Patrem suum agnoscit: Pater in manus tuas &c. Luc. 23. 46. ut nos doceret, qui se filium DEI gloriatur, premenda ejus vestigia: ut fit idem inter supplicia, qui inter delicias; idem in ignominia, qui in honore; idem oculis amarum spectet, quibus dulces. Scio humiliari, scio abundare; & satiari, & elurres; & abundare, & penuriam pati. Philipp. 4. 12. Didac. Nif. Sabb. post Dominic. 1. Quadr. §. 5. Statuamus æquæ, tam in monte Calvarie, quam in Thabor, dicere: bonum est, me tecum esse, Domine; five in crucem moriaris; five gloria resurgas. Sanctus Franciscus Sales. Philoth. p. 4. c. 13.

Serviens Domino die ac nocte. Luc. 2. 37. In die prosperitatis, & nocte cujuscumque adversitatis, servandum est Domino. Beatus vir, qui in lege meditatur die, ac nocte. Sim. Cass. lib. 2. cap. 21.

Neque altitudo, neque profundum. Dom. 8. 39. S. Ambros. in Psal. 118. per altitudinem intelligit felicitatem, & identem fortunam; per profundum varias ærumas. Pinna in Eccl. 2. Ethol. 29. A dextris, & à sinistris, 2. Cor. 6. 7. Ne contumperetur hujus Mundi prosperis, arma justitiæ habuit à dextris: arma justitiæ à sinistris habuit; ne frangeretur ab adversis. V. Beda hom. in natali S. Stephani. Per bonam famam, & malam; à dextris, & à sinistris, Christi miles graditur: nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur; non divitiis tumet, non contrahitur paupertate: & leta contemnit, & tristitia; per diem se non urit cum neque luna per noctem Psal. 130. S. Hieron. ep. 2. ad Nepotianum.

Requiem non habebat die, ac nocte. Apoc. 4. 8. Die, ac nocte, laudem DEI proclamant; qui in omnibus prosperis, & adversis, Deo gratias agendo, omnem providentiam, in se dispositionem gratissimam habent, & ipsum de omnibus operibus suis laudant. S. Bernard. Senensis t. 3. f. 2. apud Sylveira hic.

S. I. I.

Alia Symbola ex diversis.

Ambulans Jelus juxta mare. Matth. 4. 18. In Pontum Euxinum effunditur Danubius immensis gurgitibus, & aquarum, & luti; neque ideo ille nativi salis acrimoniam perdit, vel undarum perspicuitatem; imò sensim annis cærum discit, ejus saporem suum, & puritatem communicat. Ganges, & Indus; in Orientalem Oceanum invehunt arenas aureas, & gemmas; nemo tamen in illo deprehendit, vel fluctus auro coloratos, vel intumescentes. Qui olim fuit, is modò est oceanus sibi lamper similis: nec decrevit exhaustus vaporibus, nec crevit influentibus omnibus. Seneca l. de providentia: tot annis non mutant saporem maris: ita impetus rerum viri fortis non vertit animum. Manet in statu; & quidquid evenit, in suum colorem trahit. Oliva 3. conc. 11. in festo S. Andree.

Herba viva, semper viva, nullo frigore, vel calore, læditur; nulla ariditate, vel humore; nec avulsa commoritur: ubilibet, vel ardentissimo loco, radices figit. Nicolaus Cassianus ex Majoro colloq. 20.

S. I. I. I.

Æquanimitatis exempla.

Ex Veteri.

Resolvens inde Abraham in terram Anstiralem. Gen. 20. 1. Nuper armaverat trecentos vernaculos domus suæ; quibus reges Syriæ debellavit Gen. 14. 14. & nunc, baculo in manu assumpto, ipse, & uxor ejus; cogitavit ad Geraras descendere, atque mendicare. Oleaster hic. Discant à sene; qualiter homines utramque fortunam tolerare debeant. Idem in Amotat. mor. de Abraham.

Extenditque manuum, & arripuit gladium; ut immolaret filium suum. Gen. 22. 10. Eodem ferro maclavit arctem. v. 13. quo filium percussit jam parabat: à filio ad agnum transfuit dextera.

À 3 ram;

ram; semper letus; & gaudens: nec mutatus est vultus ejus, cum esset victima commutata: cum tanta letitia arietem obtulit, cum quanta obtulerat & filium, Zeno Veronens. l. 1. de Abraham, apud Ramirez in ep. 6. v. 12.

Varia fors Joseph. A parte luminis dilectus polymita exornatur. Gen. 37. 3. Inde venditur in servum Madianitis. ibidem: v. 28. Ex quo confurgit in regimen. Gen. 39. 7. Exinde cadit in vincula. v. 20. Inde evehitur, ad totius Aegypti gubernaculum, ut secundus esset a rege. Gen. 41. 43. Cur patitur tot vicissitudines? nisi ut Joseph, & nos, discamus, in prosperis non evanescere, sed casus timere; nec in adversis deprimi, cum ex illis tot ei ascensus sint preparati. Sylveira in Luc. 10. qu. 6. Joseph unum habebat propositum, placere DEO. Hoc nulla varietate temporis immutatum est, nec fraterna invidia, nec conditione servitutis, nec atatis illecebris, nec domine promissis, nec quare carceris, nec postea tumore Aegyptiae potestatis: sed semper unus fuit; & veritatem, ut diximus, temporum sibi redimens, malos dies vertit in bonos. S. Hieronymus c. 4.

Nō timas. Jos. 10. 8. Srenui viri vulget in felicitate humilitas, in adversitate animositas, utrumque in Josue Dominus junxit: Nam, cum reges collatis viribus Gabaonitas expugnaturi convenirent; animos illi facit: nō timas. Eten victoria inflatus superbiat celesti auxilio victoriam adscribit: in manus tuas tradidit illos. Naxera in Jos. 10. 8. 23.

Respondens Anna. 1. Reg. 1. 15. *inletusque ejus non sunt amplius in diversis murati.* vers. 18. Hebr. *non fuerunt ei amplius facies.* Scilicet varia: ut nunc moesta, nunc laeta, apparet; sed eadem semper facie gravi, modesta, serena, & laeta. Quia scilicet per orationem se totam Deo resignans; ab eo donata fuit animi serenitate; ut in Deo, Deique providentia, & voluntate, conquisceret. Cornelius hic.

Ego pugnavi adversus Philistinum. 1. Reg. 17. 32. Vides in conspectu fortitudinem, vide in fortitudine humilitatem. Regias invitatur ad nuptias; & imparem tanta se reputat dignitati. *Quis sum ego, aut qua est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel; ut stam gener regis?* In fastigio apparuit humilis, in periculo fortis. Naxera in Jos. 10. 8. 23.

Sex ala uni, & sex ala alteri; *duabus volabant faciem ejus, & duabus volabant.* Il. 6. 2. Extremis alis ad velandum, ad volandum mediis, utebantur. Lyranus. Ad designandum; quod Angeli semper sunt parati ad divina ascendere; & ad inferiora descendere secundum Domini voluntatem: ideò volatus in medio loco disponitur; quasi ad utrumque paratus. Did. Niff. Vit. Abrah. l. 9. c. 2.

Ex Novo.

Christus Dominus.

Ascendit ad montem, & cives sedisset. Matth. 5. 1. Et Luc. 6. 17. *descendens sedit in loco campolatri.* Quid est sedere? se humiliare. Itā Augustinus, Beda, Hugo Card. sedere humilitatis est. Quid autem egit Dominus, postquam in humilem campum descendit? sedit; in pedes erectus. Et quid stare significat? constantiam. Quem ergo benevolentior fortunam prosperitatis monte duxit, ut staret, sedeat; meminerit, quod humiliari possit. Quem vero infelicitas in calamitatum vallem abjecit; in pedes te erigere, & stare debet. Did. Niff. Phoen. Grac. cap. 4. l. 8.

Reclinavit eum in praesepio. Luc. 2. 7. Qualiter vero superius hic Rex in tam humili folio, & abjecto throno, se habuit? Respondet S. Gregorius Thaumaturgus orat. 1. de annunt. in praesepio, ut super Cherubim, requiescebat. q. d. cum tanta voluptate, & gloria; in duro illo diversorio, & abjecto illo praesepio, quiescebat; cum quanta humeris Cherubicis, & magnifico Majestatis suae folio, immoratur. Did. Niff. Sabb. post Dominic. 1. Quadr. 5.

Qui descendit, ipse est, & qui ascendit. Ephes. 4. 10. Nota illo: ipse est; docemur; quod amulati in Filio Dei debeamus, quotquot filii Dei adoptivi esse gloriamur, ut five nos ipsius providentia in summo felicitatis fastigio constitutae; five in miseriarum abyssi abiciat; semper idem simus, exemplo illius Unitatis: qui cum ad proba crucis usque descendit; & in voluptate supernae gloriae assurgit; seu descendat, seu ascendat; semper ipse est, sui semper per omnia simillimus. Did. Niff. ibidem.

Vultus leo. Apoc. 5. 5. *Et ecce in medio throni agnum stantem.* v. 6. Sed vide, ubi leo? in campo, vultus leo. Et ubi agnus? in triumphali throno. Non leo in throno, neque agnus in campo: quia in gloria splendit humilitas, & in adversitate animositas. Magna differentia videtur esse inter promissionem, & exhibitionem: leonem audivit in promissione; agnum vidit in exhibitione: magna enim est differentia inter leonem, & agnum; leo est magnus, agnus est parvus. S. utrumque consideramus, utrumque Redemptorem nostrum comprobamus: ipse est enim leo per potentiam majestatis, agnus per mansuetudinem, leo fortitudine, agnus pietate leo in promissione, ut spes in hunc se roboraret; agnus in exhibitione, ne pavida conscientia formidaret; quem

videlicet videt agnum in medio throni, Richardus à S. Vist. l. 2. in Apoc. p. 2. c. 3. Non raro contrarium evenit: plures enim sunt in adversitate imbecilles, & in prosperitate feroces; si fastigio fulgeant, leones, in calamitate agni. Naxera in Josue 10. 8. 23.

Alia Exempla ex Novo.

Arundinem vento agitatam. Matth. 11. 7. Arundinem mox ut aura contigerit, in partem alteram inflectit. Joannem neque prospera erigere, neque adversa noverunt inclinare. S. Gregor. hom. 6. in Evang.

Modicum. Joan. 16. 16. Mox post promissionem Spiritus Sancti, tristitia Discipulis annuntiat; ut eorum virtutem exerceat; nam, si magno animo promissionem de divino Spiritu acceperunt; æquo etiam animo ejus dicebam perferant: adversa enim, & prospera, æquo animo ferenda. Sylveira hic.

Sicut humilitari, sic & abundare, & satiari, & esurire: abundare, & penuriam pati. Philipp. 4. 12.

Sententia.

In die bonorum nō immemor sit malorum. Eccl. 11. 27. Cum & bona, & mala; hominibus in hac vita obveniant, nec per illa insolescere, nec per hæc nimium deijci debemus. Optime utriusque malo occurritur: si opulentus in æternitate oculos conjiciat; in qua penas acerbitissimas luet; si elatus rebus prosperis, nihil sibi tribuat. Contra, qui persecutionibus, inopia, &c. pramitur, eandem intueatur, Deumque intelligat aditare remuneratorem; si æternitatis spe temporalia damna æquanimitate ferat. Octavianus hic.

Quisquis in solo æternitatis desiderio figitur; nec prosperitate attollitur, nec adversitate qualis: dum nil habet in Mundo, quod appetat; nihil est, quod de Mundo pertimecat. S. Gregorius mor. l. 10. c. 12.

Nulla infelicitas frangit, quem felicitas nulla corrumpit. S. August. in Pl. 83.

Duplex tentationum genus. Nam vel res adversæ corda hominum, vel ut ignis a rum, per patientiam probant; vel res ipsæ secunde per modestiam, & liberalitatem, qualis quisque fit, facile ostendunt. Aequè namque durum videtur, in reum difficultate minime deijci, & infra curam servare animum; ac in felicitate non extolli, nec alios despiciere inferiores. S. Basilus ferm. in divit. avar. ut lyra, aut arcus nervi; ita Mundi quoque contentus, vicissitudine quadam intenditur, ac remittitur; & in rebus humanis nihil sincerè, nihil puri, est. Sed quemadmodum in musica soni sunt, & graves, & acuti; & in Grammatica litteræ, cum vocales, tum mutæ; musicus autem, & grammaticus, est; non qui altum genus moleste fert, atque fugit; sed qui omnia usurpare, & permiscere, arte sua potest: ita in rebus quoque humanis, cum sint oppositi invicem ordines; non debemus in altero animum ob dolorem deponere: verum harmonicos imitari; & melioribus deteriora obsecrando, ac mala bonis occupando, concinnum vitæ, nobisque convenientem temperamentum conficere. Plutarchus libello de animi tranquillitate.

Ad parandam animi tranquillitatem multum conducit, illustres viros considerare; qui cadem, qua nos, fortuna æquo animo sunt usi. Idem ibidem.

TITULUS V.

ÆTAS.

ET tenebra erant super faciem abyssi; dixitque Deus: fiat lux; Gen. 1. 2. 3. Hinc fit, tenebras esse prafrantiores luce; aut bruta nobiliora homine? Did. Niff. Dom. 23. Pentecost. 5. 4.

Elevis eum (Jacob) Aegyptus septuaginta diebus. Gen. 50. 3. Abierunt Joseph, & ceteri filii superfluites in terram Chanaan; & celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi, imploraverunt septem dies. v. 10. An forte major fuit charitas Aegyptiorum erga advenam, quam liberorum erga parentem? ut ideò illi septuaginta, hi non amplius septem dies, defunctum plorarent? Indicat Moyses, altissimi luctum, non à diuturnitate temporis; sed ab acerbitate, atque intentione, doloris; & fieri posse, ut plus efficiatur septiduo, quam septuaginta. Hinc ait: celebrantes exequias planctu magno atque vehementi. Did. Niff. Dom. 16. Pent. 5. 4.

Tulit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum ejus. 1. Reg. 16. 13. Imperfectus quidem David per adolecentiam tempus; ad summam tamen divini cultus aciem evectus est. Cujus mores Deus, vel in medio grege, admiratus, regis ornat sceptris. S. Basilus Seleuc. orat. 14. *Vidit alios duos fratres, Jacobum Zebulæi, Joannem fratrem ejus.* Matth. 4. 21. Nota: Christus pratermittit patre utendo, filios juvenes in suum contubernium acievit. Glossa ostendit, personas non esse accipiendas. David prater fratres senioribus electus in regem. Samuel pluri æstimatus, quam Heli, Petrus junior Andrea in principem Apostolorum electus. Did. Niff. Dom. 23. Pent. 5. 4.

Nen

Non surrexit major inter natos mulierum Joanne Baptistæ. Matth. 11. 11. Quomodo Joanne nemo major surrexit, cum Abraham, & Isaac, & Jacob, & ceteros, quam plures, in obsequiis divinis diutius laborasse constet? Sed evidens pro certo: quia etsi plures laboraverunt eo diutius; semper ventus, & purius; qui tempore juvenitus sui inventus est in tentatione fidelis, & fortis. Algor. l. 2. de Sacram. altaris cap. 7.

Nō sordet honoratus se sit inventus. Luc. 14. 8. In domo Dei, non qui tempore, sed qui meritis, prior; ille verè prior. Putaram, eum, qui prior advenerat, hoc nomine primum etiam locum promeruisse. Sed Christus id negat; adedque etiam fundet; ut, qui alios præoccupavit tempore, non propterea superiora loca invadat; nē forte posterior adveniat, cui, pro majori meritum debito, cedere debeat. Did. Niff. Dominic. 16. Pentecost. 5. 4.

Ecce tuos annos servio tibi. Luc. 15. 29. Prodigus adventat modo; sed eo antiqui erroris dolore percussus, ut necessarium non fuerit, asperis verbis corrigere, sed spebus bonis levare. Pandit poenitentem peccata; humilitas suam indignitatem fatetur; & de intimo cordis dolore omnibus citissime virtutibus exornatur. Naxera in Jos. 18. 8. 27.

TITULUS VI.

ÆTERNITAS.

S. I.

Figuræ, Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Quidquid obulerit, sacrificii, sale condies. Levit. 2. 13. Sale significatur æterna durabilitas. Sal igitur est Symbolum æternitatis DEI, quam per saltem protestabantur offerentes victimas salitas; tum integritatis, & incorruptionis animæ; & corporis; quam DEUS in offerente exigit. Cornelius hic.

Omnis enim igne salitur. Marci 9. 48. Maldonatus, & Franciscus Lucas ignem gehennæ accipiunt; ut Christus det causam ejus, quod proxime dixit: ubi veritas eorum non movetur. Causa est: omnis enim, scilicet talis, qui gehennæ adjudicandus est, igne ejusdem salitur, id est, igne uretur, & cruciabitur; sed ita, ut eodem igne, quasi sale servetur incorruptus ad perpetua tormenta: sal enim & urendi, & conservandi, vim habet. Cornelius in Marci 9.

Omnis flumina intrant in mare, & mare non redundat. Eccl. 1. 7. Mare, nisi fallor, æternitas est; quæ nec detumet, nec inundat: five illi flumina exarecant, five in illam se exonerent; in qua quisvis latex nomen perdit. Felicitas tantum felicitas appellatur, & est, quamdiu æternitas non receditur: quod fit in illam induat, nihil est. Tribulatio æruma est, si suo inflat. Ubi illam æternitati commiserit, vapor est sine nomine. Tagus, Padus, Euphrates, tam diu nomen retinent, quam diu procul fluant à pelago. O æternitatis! quæ nihil suspicis, & times nihil! Oliva l. 10. Strom. hic.

Quasi sit rota in medio rota. Ezech. 1. 16. Sicut hic currus DEI triumphantis representat Ecclesiam Beatorum triumphantium in cœlis; ita rota significat ejusdem æternitatem. Æternitas ergo est rota, & circulus; cujus centrum est semper, circumferentia nunquam. Cornelius hic.

Stans præcipit enim vocari. Marci 10. 49. Præcipit cœcum vocari ex eo, quod stetit non ex eo, quod transiit: & justit adduci ad stantem, non ad transeuntem. Ad æternum, & stabile, atque regnum fundatissimum, nos Salvator inquirat, & pervenire jubet. Sim. Cass. l. 5. cap. 32.

Postquam consummatus sunt dies octo. Luc. 2. 21. Octava in Scripturis pro æternitate poni consuevit. Sicut enim Septenarii numeri circuitu rerum temporalium volubilitas; ita per octavam, quæ septenarii succedit, congruè designatur æternitas. B. Ivo Carnot. ferm. de Circum. Dom.

Ex diversis.

Ex in seculum seculi. Pl. 9. 6. Quid est seculum seculi? nisi ejus effigies tanquam umbram habet hoc seculum. Vicissitudine enim temporum sibi succedentium: dum luna minuitur, ea rursus impletur: dum sol omni anno locum suum repetit; dum ver, vel æstas, vel autumnus, vel hiems, sic transit, ut redeat; æternitatis quadam imitatio est. S. Aug. hic.

Æternitatem præcis significabit Sella; qua æternam quietem designabat. Nafamones, Africa populi, majorem partem non tantum sedentes expirare, sed etiam hoc situ humari volebant: quasi jam æternitatem, & longam illam à laboribus cessationem, adissent. Romanis etiam usitatum, mortuorum Imperatorum suffles stantibus effulcire; ut qui jam fruantur æternitate. Drexelius de æternitate Confid. 1. 5. 1.

Per se, & lunam, adumbra est præcis æternitas. Sol P. Spanner Poly. Tom. 1.

semper reviviscit; licet quotidie videatur mori, & à seipso sepeliiri; semper resurgit, licet quotidie occidat. Ecclesia canit de Martyribus: lux perpetua lucebit Sanctis tuis, & æternitas temporum. Idem ibidem.

S. II.

Æternitatis duratio quam longa sit.

Ex Veteri, & Novo.

Agitata tu transiit; vox tonitruus tui in vota. Pl. 76. 18. 19. Fames, bellum, pestilentia, ærumna, calamitates, mors ipsa, adversa omnia, quæ ante mortem primam nos premunt, DEI sagitta sunt: sed transvolant, atque sunt. At vero vox tonitruus, vox ira divinæ, in Inferno velut rota circumagitur; idque æternis saeculis. Drexelius de æternit. Confid. 6.

Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hisserna, quæ præterit. Pl. 89. 4. Adam ille propagator nostræ, vixit 930. annis. Gen. 5. 5. Mathusalem 969. Fac, quod vixerit mille: ad comparationem æternitatis modicum est. Quid enim potest grande esse, quod finem habet? S. Hieron. apud Marchantium Dom. 3. Pasch. Dies hujus sæculi spatium est: qui quidem dies nobis longus videtur; sed, si cum æternitate Dei conferatur, est brevissimus. Origenes hom. 10. in Math. apud Barradium Dom. Septuag. tom. 3. l. 5. c. 16.

Paucitas æternitatis, tanquam munda munda. Pl. 101. 4. Paucitatem dicitur dixit; quia quandoque finiendo esse constabat, æternitati enim comparata vel totius Mundi ætas nimis videtur exigua. Callidorus hic.

Sicut calculus arena, sic exigui anni in die xvi. Eccl. 18. 8. Græcè: in diebus æternitatis, q. d. quod est gutta in mari, hoc fuit centum anni in æternitate: quod est lapillus unus inter innumeras maris arenulas; hoc fuit centum anni inter annos innumeros æternitatis. Si guttam injicias in mare, mare illic eam forbet, ut nulquam appareat, quasi ipsa jam non esset. Injice pariter centum annos vitæ tuæ in æternitatem; æternitatis illic forbetur; illique videbuntur esse nihilum. Cornelius hic.

Ira Dei manet super eum. Joan. 3. 36. Manet, æternumque manebit ira & vindicta, Dei, & gehenna id est, semper eum puniet, inquit Euthymius, per omnem æternitatem. Cornelius hic.

In ignem mittent, & ardet. Joan. 15. 16. Uno verbo ardet optime æternitas descripta est. Omnia alia verba Christi, nisi habent discrimen, & ardent, colligunt, mittent? Non ardebit; sed ardet. Ibi mille anni; & ardet: iterum mille; & ardet. Quod si post aliquot annorum millia, & milliones, quærat: homo ille ante tot millia annorum damnatus, quid agitur quid eo fit? responderi aliud non poterit, quam hoc ipsum: ardet ardoribus continuis, infandis, æternis: ex ævo in ævum sic fiet. Drexelius de æternit. Confid. 9.

Ex Patribus, & aliis.

Si hominem poneres in pulcherrimo Mundi palatio; & poneretur in lecto aureo; sibi daretur omne, quod delectaret in cœlo; & indueretur purpura, & bysso; & diceretur sibi, quod indè non esset perpetuo exiturus: Prius vellet esse mortuus, quam vivus. Ergo quid est, ubi acerbissima poena æternitas est? S. Bonaventura ferm. 94.

Damnati debent æterniter cruciari ratione malitiæ, scilicet culpæ; quæ respectu Dei, qui offensus est infinita dici potest. S. Bernardinus Senensis ferm. 12.

Postro, quod esset aliquis lapis aded magnus, qui ubique circumferentiam cœli contingeret; & quod aliqua avicula minime quantitas post centum millia annorum de lapide predicto solummodo tantum per rostrum suum evelletur, quantum est decima pars milii; & iterum post centum millia annorum, sicut prius, avicula unam partem de decem auferret; & sic per singulas partes: ita quod in decies centenis millibus annorum non plus diminueretur quantitas lapidis, nisi quantum habet in magnitudine granum milii: multum damnati gratularentur; quod, post longam consummationem totius lapidis, finem haberet sententia damnationis. Idem ferm. de contemptu Mundi.

Fingite animo; centesimo millesimo quoque anno formicam ex oceano bibere, quantum potest, dicere autem Deum damnatis: confidite nam exhausto à formica mari, tunc ponatur vestrum finis erit. Dico, magnam spem damnatos eo concipere posse, quia tandem esset aliquis finis. Diet. Dom. 1. adv. conc. 2.

S. III.

Æternitatis memoria.

Ex Veteri.

Isachar asinus fortis accubans inter terminos. Gen. 49. 14. Isachar interpretatur, memorans Dominum. Termini malorum poenæ æternæ; bonorum, vita æterna: inter hos habitare, timendo, & sperando. Vider requiem æternam; quod sit bona; & terram viventium, quod optima: & ideo supponit humerum

A 4

rum

rum ad portandum jugum Domini. Sed non sic impii. Hugo Card. in Pf. 1.

Fac tibi duas tubas argenteas dulciter, si semel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel: Si autem prolixior clangor increpaverit; movebas castra. Num. 10. 2. Duabus his tubis comparanda gemina hæ vocula, Nunc, & Semper. Lex Mundi est: nunc læti sumus; nunc fruamur bonis; dum sunt. Qui unam tantum hanc tubam attendunt, & ad solum Nunc aurem utramque attollunt; ii vivunt perinde, ac si illud semper numquam securum esset. Ideo castra non movent; peregrinos se esse obliviscuntur: adeoque illius nunc clangor aures illis obdunt; ut ad optima monita surdi, securum semper non audiant. Quisquis verò concisum, & prolixior, sonum semper utriusque tubæ mente seriatim percipit; & præsentia futuris, transitoria æternis, confert; ille mox abitum parat, sepulchrum circumspicit, fanebre lineum exponit, feretrum sibi locat, sua omnia componit ad iter; ubique meminit, in via se esse ad æternitatem. Drexelius de æternitate. Conf. 4. §. 3.

Benedic Deo, & more. Job 2. 9. si blasphemaveris, dicebat inepta, & infusa mulier, morieris & moriendo tormentis carebis. Quasi vero morienti blasphemio non æternus dolor succederet. Mulier fatua præsentis putredinis horrebat molestiam, æternam flammam minime cogitabat. Ferebat ille præsens incendium, ne incurret in futurum. S. Chrysolomus hom. de S. Job.

Adhuc tu permans in simplicitate tua? Ibidem. Simplicitatem in marito redarguit; quod, temporalia cuncta despiciens, puro corde sola æterna concupiscit. S. Gregorius mor. l. 3. c. 11.

Turbatus sum, & non sum lævus: cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Pl. 76. 5. Ideo ei patientia illa contigit, ut non esset locus: quia cogitavit dies antiquos, & annos æternos, quos per Adam amissimus, id est, vitam æternam in mente habuit. S. Bruno. Martha querula est de sorore; David tacet. Martha fatagebat circa ministerium, & temporalia; David æterna meditatur. Qui æterna perpendit, licet turbatus videatur, regio tamen animo quietus degit. Sylveira in Luc. 10. q. 10.

Qui laborat sub sole. Eccl. 1. 3. Tò sub sole, innuit hominibus querendos esse labores, qui supra solem durent, & bene laborantem in cælo, inquit Olympiodorus. Mundanus ergo, vanus, & impius, homo laborat sub sole, sibi que parat mortem, & gehennam. Pius verò laborat supra solem: quia virtutum opera, & merita, conquirit, quibus vivat Deo; ab eo que cælo donetur, & vita æterna. Opera ergo alia sunt supra solem, alia sub sole. Quæ ex gratia sunt, opera inquam spiritus, supra solem sunt; quia non læduntur à temporis edacitate; & in cælum empyreum, ævumque felix, & perenne, operantem deducunt. Quæ verò à carne prodeunt, sub sole sunt; cum à solis conversionibus, atque annorum, temporumque, rubigine caro, terreneque res, consumantur. Cornelius hic.

Non defrauderis à die bono. Eccl. 14. 14. Carthusianus per diem bonum, diem æternitatis, intelligit. Ab ea autem defraudatur, qui ab ea finaliter excluditur. Octavianus hic.

Introduxit me Rex in cellam vinariam; ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. S. Gregor. hic: per cellam vinariam quid congruentius, quam ipsam amœnam æternitatis contemplationem accipimus. Qui hanc cogitationem de æternitate altius in animum demiserit; gloriari poterit: ordinavit in me charitatem: nam meliorem servabit ordinem amoris: se ipsum minus, Deum plus; & propter Deum, ipsos etiam inimicos, amando. Hæc quoque cogitatio largiùs delibata ebrium facit: sed ebrietate optimorum desideriorum. Drexelius de æternitate. Confid. 6. §. 1.

Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Cant. 4. 9. Vulneris illud, cordis dilectio est. Ingentis amoris itaque in illo oculo Ecclesia Christo complacuit: quoniam, non temporalia, sed æterna, prospexit. Iustus Orgelitanus hic.

Cor sapientis in dextera ejus, & cor stulti in sinistra illius. Sap. 10. 2. Per dexteram bona; per sinistram mala. Dextera dat intelligere bona æterna, sinistra temporalia. Vult ergo dicere: quod sapientes cogitant bona æterna, & ea capiunt; & stulti temporalia. S. Bonaventura hic.

Dabo in silentium cadrum. Il. 41. 19. Cedri signantur nomine hi; qui virtutes, & signa, exhibent in sua operatione, qui dicere cum Paulo valent. Christi bonus odor sumus Deo. 2. Cor. 2. 15. quorum corda ita in æterno amore solidata sunt: ut eadem jam terreni amoris putredo nulla corrumpat. S. Gregor. homil. 20. in Evangel.

Respondent Chaldaei: Rex in sempiternum vive. Dan. 2. 4. Regi genti de somniorum interpretatione nihil prius insonat, quam illud: in sempiternum vive. Utinam ad omnem conatum nostrum, ad omne inceptum bonum; hæc nobis responsio prima occurrat, in hoc omnis nostra cogitatio suscipiat, & fatagat; ut in æternum vivamus. Richardus à S. Viçt. l. 1. de erudit. inter hom. p. 1. cap. 3.

Incurvatis sunt colles Mundi ab irriveribus æternitatis ejus. Hab. 3. 6. Scripsit S. Bonaventura opusculum de septem itineribus

æternitatis ad ingrediendam beatam æternitatem. Primum iter, inquit, est æternorum recta intentio: ut scilicet anima aggredietur, unum æternum intendendo, unum æternum ingrediendo, in uno æterno permanendo. secundum est. Æternorum studiofa meditatio. Quartum est æternorum charitativa affectio. Septimum est meritoria operatio, sive Deiformis, id est, divine operationi conformis actio, mores, & vita: opera enim illorum sequuntur illos. Nota ex p. 1. Viator singulis passibus terram calcet, in optitis non diu moratur, viaticum secum gerit, frequenter de termino cogitat, viam rectam, & meliorem, querit, incommoda aeris sustinet &c. Cornelius hic.

Ex Novo.

Maria optimam partem elegit. Luc. 10. 42. Disce meliora femper in omnibus eligere. Quæ sunt hæc meliora? quæ à nobis auferri non possunt; quæ æterna: non gloriam vanam, quæ præterit; non divitias, quæ auferuntur. Didaus Stella hic.

Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Luc. 16. 25. Quæmadmodum momentaneum est, quod delectat; æternum verò, quod cruciat: ita & momentaneum est, quod hic nunc in vita præsentis, temporalibus adverbiteribus, cruciat; & æternum autem: quod in futura retributione delectat. Dionys. Carthus. hic.

Id, quod in presenti est momentaneum &c. 2. Cor. 7. 17. Perpende, & invicem confer, tribulationem, & gloriam; momentaneum & æternum; leve & pondus. B. Petrus Damiani l. 8. ep. 6.

Ecce nova sumo omnia. Apoc. 21. 5. vis uno verbo cognoscere, quid est novum, & solum tale? æternum. Vetera sunt omnia, & ad interitum tendunt, quæ separantur ab æterno. Joan. Gerson. tr. 9. sup. Magnif.

Ex Patribus, & aliis.

Qui sæculo renuntiasset meminit, nullum sæculi diem novit: nec tempora terrena jam computat, qui æternitatem de Deo sperat. S. Cyprianus lib. de lapsis.

O bona Domini dulcia immortalia, incomparabilia, sempiterna, immutabilia! Et quando vos video? bona Domini! Credo videre; sed non in terra morientium. S. Augustinus in Psal. 26. Neque in tempore utiliter vivitur, nisi ad comparandum meritum, quo in æternitate vivatur. Ad illam ergo unam vitam, qua cum Deo, & de Deo, vivitur; cætera, que utiliter, & decenter, optantur; sine dubio referenda sunt. In eo quippe nosmetipsos diligimus, si Deum diligimus. Idem ep. 121.

Cor humanum in desiderio animæ non fixum, nunquam stabile esse potest. Sed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud transit; quærens requiem, ubi non est. Idem in Manualli cap. 25.

Quisquis terrena diligit, vetus Canticum cantat: qui vult cantare Canticum novum; diligit æterna. Cantate Domino Canticum novum. Pf. 149. 1. S. August. hic.

Inter temporalia & æterna. hoc interest: quod temporale ali- quid plus diligit, antequam habeatur; vilescit autem, cum advenit. Non enim satiat animam, qui vera, & recta, sedes est æternitatis. Æternum autem ardentius diligit adeptum, quam desideratum. Idem l. 1. de Doctr. Chr. c. 38.

Omnium rerum præstantissimum est, quod æternum est. Idem lib. Quæst. q. 12.

Nihil bonum est, nisi quod æternum est. Nihil bonum est, nisi quod perpetuum est: quodcumque finem habet; nec inter bona numerandum est. S. Hieron. in Pf. 91.

Locus humani cordis, est delectatio vitæ præsentis sed cum divina aspiratione tangitur; locus nostri cordis fit amor æternitatis. Consideratione igitur æternæ patriæ de loco suo animus movetur: quia, derelictis infimis, in supernis cogitationibus ponitur. S. Gregor. mor. l. 2. 6. apud Cornelium in Eccl. 3. 8. 25. Si diceretur tibi: sis toto hoc mense dives, & potens; facias, quid- quid velis; utere carnis voluptatibus, sicut placet: ea tamen conditione, ut tibi oculi postea eruantur, omne solatium tollatur; & toto tempore vitæ tuæ in fame, & siti, in omni cruciatu, & omni miseria, vivas. Nunquid tale illud bonum hoc tenore susciperes? Et quidem tota hæc vita præsens, nec mensis est; nec unius diei, vel horæ, spatium, ad illius æternæ felicitatis comparisonem. S. Eusebius Emisii in natali unius martyris hom. 1.

Nimirum plenitudo, & abundantia, temporalium, oblivionem, & inopiam fecerat æternarum. Opportunè ergo tunc advenit æternitas, quando magis temporalitas prævalebat. Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum. Gal. 4. 4. S. Bernardus de adv. Dom. Ser. 1.

Habet anima diem, & contemplationem æternitatis: habet noctem, & considerationem propriæ iniquitatis. S. Bonaventura in Thren. 1.

Nihil tantum valet ad sperendam præsentem vanitatem; quam cogitare jugiter æternitatem. S. Bernardus Sen. tom. 3. ferm. de regno cælorum.

O ani-

Omnia Christiana! dum impellit te spiritus superbie super vanitatibus transitaris; argue sic: si glorificanda à Domino in æternitate; quid mihi de punctuali, & umbratili, gloria super terram? si verò iusto (quod avertat Dei pietas!) iudicio damnandus sum; totus honor impensus ab hominibus, plus ad tormentum mihi cedet, quam solatium. Joan. Gerson. tr. 9. sup. Magnif.

Nunquam poterit Dei servus vinci certamine, nec gravari temporali labore; qui æterna bona vel mala, semper gerit in mente. Thomas Kemp. ferm. ad Novitios p. 1. ferm. 1. Mittamus animum ad illa, quæ æterna sunt. Seneca ep. 58.

§. I V.

Exempla, & Historia.

Sarcadius Martyr, manibus & pedibus, lentè truncatus; à digitis articulatum, & per partes minutas usque ad humeros; similiter ab articulis pedum usque ad ventrem; porrexit ipse intrepidus membra torquentibus; & ad adstantes: ò viri spectatores! hæc facile est tolerare, qui novit de futura immortalitate cogitare. Bollandus 12. Jan.

S. Dorothea V. M. Sapricio minanti equi lei poenas, respondet: equulei tui poenæ temporales sunt: gehennæ autem tormenta æterna. Bollandus 6. Febr.

B. Dionysia M. interitus virgarum, & sanguinem toto corpore fluitantem, filium unicum trepidantem, ad martyrii confortium hac voce animabat: illa poena timenda est, quæ nunquam finitur; illa desideranda vita, quæ nunquam habetur. Qua ille solidatus martyrium foriter subijt. Cornelius in Eccl. 8. 8.

Nuper Reverendissimus D. Godefridus, Episcopus Bambergenfis; cujus colloquio spirituali Romam pergens Heriboli fruitus sum; hoc in mente fixum habebat: quæsiat sibi ad osium æternitatis. Ibi homo in domum æternitatis suo. Eccl. 12. 5. Cornel. hic.

Tanti fecit Ecclesia memoriam æternitatis; ut nullus sit Psalmus, precatio, hymnus; quem non finiat æternitatis memoria. Sicut erat in principio &c. qui vivit & regnat, in sæcula sæculorum. Drexelius de æternitate. Confid. 6. §. 1.

TITULUS VII.

AFFECTUS.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

Creavit Deus omnem animam viventem, atque motabilem, quam produxerat aqua. Gen. 1. 21. Per quas, & animalia ex aquis producta, omnes animi nostri motus intelliguntur; qui producuntur de profundo cordis, velut ex aquis. V. Beda hic.

Rachel, & Lia. Gen. 29. omni spiritui rationali, id est, Jacob, gemina quædam vis data est: una est ratio, altera affectio: ratio (qua discernimus; affectio, qua diligimus). Hæ sunt Spiritus rationalis gemine uxores; ex quibus oritur generosa proles: ex ratione spirituales sensus; ex ista affectus ordinati. Richardus à S. Viçt. l. 2. de 12. Patriarch. apud Cornelium hic.

Affuerunt reges terra &c. Psalm. 2. 2. Per gentes, & populos, cogitationes; per reges, & principes, affectiones, intelliguntur. S. Bonaventura hic!

Ne offendas ad lapidem pedem tuum. Psalm. 90. 12. Pedes, quibus ad lapides offendere solemus, sunt affectus humani. Duo sunt autem principales affectus, quasi duo pedes; amor, & timor: & quocumque homo operando, loquendo, desiderando, pergit, vel amore movetur, vel timore. Bellarminus hic.

Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei. Eccl. 4. 17. Symbolice pedes S. Gregorius, Augustinus, Basilius, Origenes, Hieronymus, & alii, accipiunt affectus animi: quia, sicut pedibus itur ad locum destinatum; sic affectibus itur ad opus æternum. Affectus ergo sunt quasi pedes animi, quibus ipse se promovet ad opus. Sensus ergo est, quasi dicitur: ingressurus templum custodi pedes; id est, affectus anime: ne, quid animo volvas, aut concupiscas, Deo indignum. Corn. hic.

Ex Novo, & Patribus.

Impugnati ventis. Matth. 8. 27. Pugnant quatuor venti, scilicet gaudium, & dolor; spes, & timor; in corde hominum: & extra definitionem sapientum, aut non finit animam esse felicem, sive quietam; aut illam in meliora compellunt. Sim. Cass. l. 4. c. 9. hic.

Capit lavare pedes Discipulorum. Joan. 13. 5. Homo, in sancto baptismo totus quidem abluitur; veruntamen, cum in rebus humanis postea vivitur, utique terra calcatur. Ipsi igitur humani

affectus, sine quibus in hac mortalitate non vivitur, quasi pedes sunt; ubi ex humanis rebus afficitur. V. Beda hic.

Affectiones nostræ, motus animorum sunt: lætitia, animi diffusio; tristitia, animi contractio; cupiditas, animi progressio; timor, animi fuga est. S. Augustinus tr. 46. in Joan.

Concitationes animorum puncto curri similes sunt: in quo rectè moderando summum rectoris officium est; ut viam novorit: quam si tenebit, quantumlibet concitatus erit, non offendet. Lactantius l. 6. div. instit. de vero cultu.

Quilibet homo est quasi quædam civitas quadra, habens quatuor angulos; in quorum quolibet est porta una. Hæ portæ sunt quatuor affectiones; scilicet gaudium, dolor, spes, & timor. Per has autem portas universæ Mundi tentationes, demonum, atque ipsius carnis, ad animum intrant per voluntatis consensum; omnesque divine inspirationes per eadem transeunt ad carnem nostram à voluntate anime cælestis inspirata. S. Bernardus Sen. tom. 2. ferm. 8.

Duo sunt, quibus maximè hominis interiora pulsanur; amor scilicet, & timor: quibus geminis motibus animus, aut aperitur, aut clauditur. Sed, cum terrenum est, quod cupit, vel timet; diabolo præbet introitum: cum autem, que sursum sunt, sapit, non que super terrena; Deus excipitur, & tentator excluditur. S. Prosper Aquit. in Pf. 141.

§. I I.

Affectus ordinati.

Affectus non muta, sed subiecta.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri, Novo, & aliis.

Ume arma tua &c. Gen. 17. 3. Ut Isaac suum Esau benedictione redderet dignum; non illi præcepit, uxores ejicere, jejunare, domi residere; sed monuit, ut arcu usque patinam sibi venatione pararet. Nimirum non gule studiosus senex, sed filii genio indulgens; id solum curavit, ut arcum facificaret; & voluptatis instrumenta in obedientie tributa converteret. Imperavit, quod aliàs acturus erat; et ut fore pietas in parentem, quod alioquin fuisset dispensum otiantis. Oliva l. 12. Strom. §. cinam dirigantur via meæ &c.

Educam de terra illa in terram, que sicut lacte, & melle. Ex. 3. 8. Cum sciret Deus, Hebræos edendi avidos esse, & Ægyptiis ollis delectari: promisit eis terram melle, & lacte, manentem. Cum ad sacrificandum idolis propensus videret, sacrificare non prohibuit; sed sibi sacrificari iussit. Spem in hominibus collocatam habes? muta, & in Deo colloca; Humanis rebus gaudetis? gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cælis. Luc. 10. 20.

Tristes estis ob damna temporalia? mutate hanc tristitiam: qua enim secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur. 2. Cor. 7. 10. Hoc artificiosus est. Dominus Matr. 4. 19. Non enim dixit, venite post me; faciam vos principes terræ; ne officii novitate obstupescerent; sed, faciam piscatores hominum. Diez in festo S. Andreæ conc. 3. Sicut enimque aqua descendentes in loco novo. Jos. 3. 16. Si fluxit, ut Jordanis, antea deorsum; muta cursum, & sursum feraris. Sylveira in Luc. 23. q. 11.

Et in Jordanis, quia conversus est retrosum. Pf. 113. 5. Cursum aquæ non perdidit, sed mutaverunt, quando retro stantes sese attollebant. Bæza tr. 2. l. 5. §. 13. Ama, quod prius contemnebas; contemne, quod prius amabas; & securus sis, quia conversus est Jordanis. Dilige Deum, despice Mundum; & vere factebor, quia Jordanis conversus est retrosum. Qualis, quæro ista est conversio Jordanis? quam mirabilis! quam laudabilis! quam amabilis! Totum impetum amoris, totam inundationem dilectionis, totam affluentiam delectationis, magna cum festinatione currere, non deorsum, sed sursum; quærere que sursum sunt, non que super terram. Richardus à S. Viçtore tr. de ex-terminatione mali &c. c. 4.

Viam dirigantur via mea &c. Psalm. 118. 5. Cur non pedes sed vias, dirigi precatur? Quia sciebat, Deum hominum vias transferre in semitam mandatorum; quo suavius eos ad mandata pelliciat. Sic Apostolos noluit Jesus piscationem deserere: sed laxare retia in captivam hominum. Matth. 4. 19. Oliva lib. 12. Strom. hic.

Bibite, & inebriamini. Cant. 5. 1. dicit Christus Discipulis. Siquidem jam hoc ipsum, quod non habetis tristitiam, sive dolorem, sæculi: quod contemnitis gaudium Mundi; quod timorem hominis non timetis; quod non in homine speratis; que videlicet quatuor passiones aquæ mortuæ sunt: Sed solummodo secundum Deum contristamini; solummodo in spiritu S. gaudetis; solum Deum timetis, & in solo Deo speratis. Jam, inquam, hoc ipsum est, prægustare factum ex aqua vinum, & ebrietatis initium. Veniet autem satiatis, perficietur ebrietatis; inebriamini ab uberrime. S. Rupertus hic.

Post hoc ambulabat Jesus in Galileam. Joan. 7. 1. Migrat corpore, qui motu corporis mutat locum: migrat corde, qui motu cor-